

Cambridge University Press

978-1-108-04886-6 - De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque

William of Malmesbury Edited by N. E. S. A. Hamilton

Excerpt

[More information](#)

WILLELMI MALMESBIRIENSIS MONACHI
GESTA PONTIFICUM ANGLORUM.

18152.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04886-6 - De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque

William of Malmesbury Edited by N. E. S. A. Hamilton

Excerpt

[More information](#)

Cambridge University Press

978-1-108-04886-6 - De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque

William of Malmesbury Edited by N. E. S. A. Hamilton

Excerpt

[More information](#)

WILLELMI MALMESBIRIENSIS MONACHI GESTA PONTIFICUM ANGLORUM.

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRO WILLELMI DE GESTIS PONTIFICUM ANGLORUM.¹

Prologue.

[f. 1, a.] PRIMA sedes episcoporum post Christianitatem Anglo-
rum Cantuariæ habita est et habetur. Ea urbs est Canterbury the
first English bishopric.
Angliæ nec adeo magna nec exiliter parva ; quæ et Description of
positione terræ, quippe soli affinis, maxima ubertate et Its position.
integro murorum ambitu, licet multotiens Martias for-
tunas experta, cives suos fovet, multorum sanctorum
cineribus copiosa, patrocinii gloria. Nec fluminis
irriguo, nec nemorum oportunitate indiga ; præterea,
maris ad .xii. milia vicinitate, piscium secunda. Gens The temper of its
urbana et rustica, plusquam ceteri Angli conscientiam inhabitants.
adhuc antiquæ nobilitatis spirans, et ad honoriscentiam
et hospitium cuiuslibet pronior, ad propulsandas inju-
rias acrior. Ibi prima sedes archiepiscopi habetur, qui The first archi-
est totius Angliæ primas et patriarcha. Ceterum ubi episcopal see.
fuerit archiepiscopatus tempore Britonum cognitio la- The archbishop
bat, quia vetustas consumpsit nostri seculi memoriam. primate and
De hujus urbis archiepiscopis et ejus suffraganeis dicere patriarch of all
successit animo quicquid nostram attigit memoriam. England.
The site of the archiepiscopal in the time of the Britons not known.
author. Purpose of the

¹ *Incipit Prologus in Libro Will-
elmi de Gestis Pontificum Anglorum]*
A. B. E. ; Incipit prologus Willelmi
monachi Malmesbyrie in libro pri-

mo de gestis Pontificum Anglorum,
C. ; Incipit prologus domni Willel-
mi monachi in libro primo de gestis
Pontificum Anglorum, D.

Cambridge University Press

978-1-108-04886-6 - De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque

William of Malmesbury Edited by N. E. S. A. Hamilton

Excerpt

[More information](#)

4

WILLELMI MALMESBIRIENSIS MONACHI [LIB. I.

Nec puto a ratione dissidere, ut qui quondam regum Anglorum gesta perstrinxii nunc Anglorum pontificum nomina transcurram; ut pollicitam dudum operam jam tandem, Domino adjuvante, compleam. Quod cum fecero, videbor mihi rem nulli attemptatam consummasse, non meo fretus ingenio sed dignæ cognitionis affectus studio. Quid enim dulcius¹ quam majorum recensere gratiam, ut eorum acta cognoscas a quibus acceperis et rudimenta fidei et incitamenta bene vivendi. Erat certe plenum segnitiei et ignominiæ nescire saltem nomina principum nostræ provintiæ, cum pertendat alias cognitio nostra ad tractus usque Indiæ, et si quid ultra jaset quod infinito oceano patet. His adductus rationibus, et hic et alibi traxi stilum per latebrosissimas historias, quanquam mihi non hic affluat eadem copia scientiæ quæ in Gestis Regum. Si quidem ibi aliquid de cronicis² quæ præ me habebam mutuatus, velut e sullimi specula fulgente facula, qua gressum sine errore tenderem, ammonebar.³ Hic autem, pene omni destitutus solatio, crassas ignorantiae tenebras palpo, nec ulla lucerna historiæ prævia semitam dirigo. Aderit tamen, ut spero, lux mentium, ut et integra⁴ non vacillet veritas et instituta conservetur brevitatis. Quæ duo, si quis non neglexerit, nec ineptus nec importunus erit. Itaque propositam in aliis voluminibus seriem dicendi servabo, ut sicut in primo⁵ libro Gestorum Regalium, regnorum distinxii ordinem, ita hic per singula volumina episcopatus provintiarum distinguam. Si quid infra promissum fuerit, lector qui ratione factum viderit, veniam prærogabit. Hic ergo primus liber habebit Gesta archiepiscoporum Can-

Ignorance respecting our own country disgraceful.

To remedy this the author has taken great pains.

The materials for this work not so abundant as for the "Gesta Regum."

Those for the latter more clear and truthful.

Plan of the author.

The first book will contain the Gesta of the

¹ *dulcius*] *dultius*, A.

² *de cronicis*] A. D. E.; decus in eis, B.; decoris in eis, C.

³ *ammonebar*] A. D. E.; *ammonebat*, B. C.

⁴ *ut et integra*] *et ut et integra*, in A. originally, but the commencing *et* crossed through.

⁵ *primo*] *priori*, B.

Cambridge University Press

978-1-108-04886-6 - De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque

William of Malmesbury Edited by N. E. S. A. Hamilton

Excerpt

[More information](#)

LIB. I.]

GESTA PONTIFICUM ANGLORUM.

5

tuariensium, et episcoporum Rofensium, apud quos pri- archbishops of
mum excrevit regnum. Ceteri quique suo sequentur Canterbury and
ordinem. the bishops of Rochester.

Explicit Prologus. Incipit Liber Primus.¹

LIBER PRIMUS.

De Archiepiscopis.

Archbishops of Canterbury.

§ 1. CANTUARIAE sedit primus Augustinus, Gregorii Magni discipulus, ut vulgo notum est. Pallium autem et privilegium archiepiscopatus idem Gregorius Augustino ad Lundoniam concessit, ut in primo libro² Gestorum Regalium per Kenulfi ostendimus epistolam ; quod scilicet ad id tempus alterius obscuræ urbis notitia Romanos³ non attigisset. Veruntamen quia primus doctor, seduitate regis hospitis et civium caritate captus, Cantuariae incolatum vivens throno annis .xvi.,⁴ et mortuus tumulo fovit, omnis eo in posterum honor translatus. Ejus merita quanti apud Deum pensentur, signa præconantur illustria, quæ ille non fastidit tot adhuc inculcare seculis, Cantiam suam, immo totam Angliam, in sui veneratione torpescere non sinens. Huic successit Lauren- tius annis .v.;⁵ eujus virtutes et cæterorum de quibus

¹ *Incipit Liber Primus]* A. E. ; Incipit liber primus de Gestis Pontificum Anglorum, B.; Incipit liber primus de archiepiscopis Dorobernensis sive Cantuariensis Ecclesiæ, quorum primus beatus fuit Augustinus, et de episcopis Rofensis Ecclesiæ, C.; Incipit liber primus domini Willielmi de Gestis Pontificum Angliæ, D.

² *primo libro]* Viz. in the *Gesta Regum*, lib. i. § 88, ed. Hardy.

³ *urbis notitia Romanos]* A. D. E.;

originally obscuræ urbis, A., but urbis crossed through, and urbis notitia Romanos added on margin ; obscure urbis, C.

⁴ *annis xvi.]* D.; inserted on the margin of A., but apparently partially erased ; omitted, B.C. ; annis .xvi^{cim}, E., the two last numerals being written upon an erasure.

⁵ *annis v.]* D. E. ; inserted on the margin of A., but apparently partially erased ; omitted, B. C.

Cambridge University Press

978-1-108-04886-6 - De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque

William of Malmesbury Edited by N. E. S. A. Hamilton

Excerpt

[More information](#)

Archbishops of Canterbury. Beda narrans breviter perstringit omnia, tediī scilicet offensam veritus; horum ergo virtutes, quantum veterum relatione addiscere potuit, Goscelinus quidam, de quo alias dixi,¹ scripsit, miras prorsus et predicandas adi-
tiens,² quas oculata fide perspexerat, novas. Eorum hæc sunt nomina. Mellitus, annis item .v.³ Justus, tribus.

[f. 1, b.]

Mellitus arch-
bishop.
Justus.
Honorius.
Deusdedit.

Theodore the
first to exercise
authority over
the whole of
Britain.

Honorius, .xxvi. Deusdedit, .x. Theodorus, .xxii. Eum ab sede apostolica missum Beda commemorat, primum omniū antistitum Cantuarie vigorem pontificalem in tota Britannia exercuisse. Denique et citra et ultra Humberam episcopos hos pro placito abegisse, hos posuisse. In ipsa Eboraco aliarum urbium præsules consecrassæ, et, ut in Vita beati Wilfridi legitur, ejusdem civitatis pontifices, Ceddam et ipsum Wilfridum, seu ratione seu vi expulisse. Ubi videri et doleri potest humana miseria, quod videlicet quantilibet quis sanctitate polleat, non ad plenum pervicaces mores exuat, quod illi duo Britanniae oculi controversias inter se egerint. Siquidem Theodorus Wilfridum injuste, quantum nostra habet conjectura, ejecerit; Wilfridus Romano papæ Agathoni, multis ante periculis jactatus, querelam detulerit. Modeste sane, ut nec ab apostolica sede directum accusationibus urgeret, nec tamen innocentiam suam fluctuare permitteret. Ejus enim⁴ hæc verba sunt, in suggestione quam obtulit papæ: ‘Quid autem acciderit, ut ‘Theodorus sanctissimus archiepiscopus, me superstite ‘in sede quam licet indignus dispensabam, absque

Expels the arch-
bishops of York,
Cedda and Wil-
frid.

Wilfrid appeals
to pope Agatho.
[A.D. 679.]

¹ *dixi*] A. D. E.; diu, B. C. Goscelinus, or Joscelinus, a monk of St. Bertin; then of Ramsay, and afterwards of St. Augustine's, Canterbury. His praises as a writer and musician are set forth by Malmesbury in his *Gesta Regum*, lib. iv. § 342. See also Hist. Littéraire de la France, viii. 660-67".

² *adiiens*] A. B. E.; adiciens, C. D.

³ *annis item .v.*] A. D. E.; omitted, B. C. The number of years during which Justus, Honorius, Deusdedit, and Theodorus presided at Canterbury are interlined in A.; they do not occur in B. C., but are found in D. E.

⁴ *Ejus enim*] See Wilkins, Concil. i. p. 48.

Cambridge University Press

978-1-108-04886-6 - De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque

William of Malmesbury Edited by N. E. S. A. Hamilton

Excerpt

[More information](#)

LIB. I.]

GESTA PONTIFICUM ANGLORUM.

7

‘ consensu cuiuslibet episcopi, tres sua auctoritate, mea Archbishops of Canterbury.
 ‘ humilitate non adquiescente, ordinaret¹ episcopos ;
 ‘ omittere magis quam urgere, pro ejusdem viri reve-
 ‘ rentia, condecet ; quem quidem, pro eo quod ab hac
 ‘ apostolicæ sedis summitate directus est, accusare non
 ‘ audeo.’²

Itaque, quanvis tunc juditio concilii Romani indempnis Sent back to his see, but not successful in holding it.

[f. 2, a.]

Wilfridus judicatus, et ad sedem suam remissus fuerit, non tamen rem obtinuit regis Egfridi violentia, cum præsertim Theodorus vel obsisteret ex sententia vel permitteret ex coniventia. Quod ideo dicere non abstinui, ut ostenderem quanti apud Romam habitus sit, cujus statuta, etsi perperam acta, enervare illa sedes³ non omnino voluit. Nam et epistola quam idem Agatho sextæ sinodo apud Constantinopolim congregatæ direxit, hujus sermonis testimonio assistit, et mecum facit, in [A.D. 680-1.] qua inter cetera dicit : ‘Sperabamus⁴ deinde de Britannia Theodorum confamulum atque coepiscopum nostrum, magnæ insulæ Britanniæ archiepiscopum et philosophum, cum aliis qui ibidem hactenus demorantur, exinde ad humilitatem nostram conjungere, et hac causa concilium hucusque distulimus.’ Vides quanti eum fecerit, ut ejus expectatione universale concilium differret.

§ 2. Ei successit Berctualdus, annis .xxxvii.⁵ Huic Berctuald. Tatwine.
 Tatuuinus. Horum, ut dicere ceperam, et non minus Sancti Letardi, quem cum regina Berta venisse antiquitas serit,⁶ miracula suprafatus auctor⁷ prædicat,

¹ *ordinaret*] A. D. E.; ordinavit, B. C.

² *non audeo*] Cf. Lib. iij. § 100.

³ *illa sedes*] D.; interlined A.; omitted, B. C. E.

⁴ *Sperabamus*] Cf. Jaffé, *Regesta Pontif.*, No. 1625; Mansi, xi. 286.

⁵ *annis .xxxvii.*] D. E.; interlined A.; omitted, B. C.

⁶ *serit*] A. E.; asserit, B. C. D.

+

⁷ *suprafatus auctor*] Viz. Goscelinus, monk of Canterbury. His *Vita et Miracula S. Lethardi* are printed in the *Acta Sanctorum*, (May 26), under the *Translatio S. Augustini*. Of his Lives of Saint Mildith and of Adrian, abbot of St. Augustine's, Canterbury, various MSS. still remain. See Hardy, *Descriptive Catalogue*.

Cambridge University Press

978-1-108-04886-6 - De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque

William of Malmesbury Edited by N. E. S. A. Hamilton

Excerpt

[More information](#)Archbishops of
Canterbury.Miracles of
S. Letard.

signa exaltat. Letardum,¹ cum in ceteris potentem tum in pluviae petitione velocem, non multis retro annis jocundum exhibuisse spectaculum. Cum enim media æstate Cancerum sol inureret, arva squalerent pulvere, et furens Sirius sitientes² scriberet agros, elatum ad processionem Sancti corpus, tarditate miraculi desiderium expectantium irritasse. Tum post redditum cantorem stomachatum ingenti clamasse hiatu : ‘ Nonne vides ‘ quanta sit siccitas et tribulatio in toto mundo, et tu ‘ negligenter agis?’³ Hoc quasi festo convitio Sanctum notatum, multo imbruum diluvio desiderantium aviditatem plusquam satiasse. Commemorat inde seriem regum, cum totis necessitudinibus in Augustiniana ecclesia requiescentium ; quos ille non immerito luminaria vocat Angliæ, et senatores Anglorum curiæ. Huic sanctorum choro, ut regis æterni diademati elaborato, adicit inestimabilis gloriæ lapides, qui pernitiem in protertos, auxilium fulgurent in suplices ; Adrianum dico abbatem et Mildritham virginem, parili laude et dulcedine conspicuos.

[f. 2, b.]

Tatwine is suc-
ceeded by
Nothelm.
[A.D. 735.]

§ 3. Tatuuino, qui, annis tribus archiepiscopatu potitus, eodem anno quo Beda obiit, successit Nothelmus ; quem ferunt illum esse quem in prologo Historiæ Anglorum⁴ dicit idem⁵ historicus ecclesiæ Lundoniensis presbyterum multo sibi emolumento fuisse ad gesta compaginanda, ex Romano scrinio allatis epistolis quæ essent illi necessariæ operi.

§ 4. Eo⁶ post .v.⁷ annos defuncto, Cuthbertus, qui erat Mertiorum apud Herefordum episcopus, apostolicas reparat vices. Hic est qui Bonifatii contempor-

¹ *Letardum*] D.; Eum, crossed through, and Letardum interlined, A.; eum, B. C. E.

² *sitientes*] Cf. Virg. *Georg.*, iv. 425-428.

³ *Nonne . . . agis?*] Second antiphon of the third nocturn for the feast of the invention of St. Stephen the Protomartyr, August 3, in the Salisbury Breviary of 1499.

⁴ *Anglorum*] D.; interlined A.; omitted, B. C. E.

⁵ *idem*] D.; interlined A. and E.; omitted, B. C.

⁶ *Eo*] A. D. E.; Quo, B. C.

⁷ *v.*] D. E.; viii. originally, A., but the last three numerals afterwards erased; octo, B. C.

Cambridge University Press

978-1-108-04886-6 - De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque

William of Malmesbury Edited by N. E. S. A. Hamilton

Excerpt

[More information](#)

LIB. I.]

GESTA PONTIFICUM ANGLORUM.

9

neus,¹ pro compescendis vitiis concilium magnum coagit Angliæ, ejusdem Bonefati² ammonitu, et Ethelbaldi regis ope, ut in Gestis Regum³ dixi.⁴ Cujus sinodi principium et actio per capitula⁵ hic ponetur, meis aliquando verbis antiquorum semper sententiis; expostulata fastidii venia,⁶ quia et parum pontificalium gestorum habemus, et patrum præcedentium in Dei rebus zelum sit audire operæ pretium.

§ 5. Regnante in perpetuum Domino nostro Jhesu Christo, qui cuncta Patris imperio ac pariter Sancti Spiritus gratia vivificantे disponit, hæc quæ subter habentur sinodalia gesta, Septembris mensis initio, prope locum qui vocatur Clovesho peracta sunt; præsentibus his Deo dilectis presulibus ecclesiarum Christi, hoc est honorabili archiepiscopo Cūberto, et venerabili Roffensis ecclesiæ antistite Dunno,⁷ atque reverentissimis episcopis Mertiorum, Totta et Huuita⁸ ac Podda; sed et probatissimis presulibus Occidentalium Saxonum⁹ Hunferdo et Hereuualdo; venerabilibusque sacerdotibus Herdulfo Orientalium Anglorum atque Egtulfo Orientalium Saxonum, et Milredo Wicciorum;¹⁰ sed et honorabilibus episcopis, Alwio Lindissæ provinciæ, atque Sicga¹¹ Australium Saxonum; anno

Archbishops of Canterbury.

He assemblies a council at Clofesho.

Council of Clofesho.

Sept. A.D. 747

¹ *contemporaneus*] At first successor, A., but crossed through, and contemporaneus written on the line; the other MSS. read contemporaneus, Boniface, archbishop of Mayence, is meant. His letter to Ethelbald of Mercia will be found in the *Gesta Regum*, lib. i. § 80.

² *ejusdem Bonefati*] A. D. E.; originally ejus, A. E., —dem Bonefati being interlined in both MSS.; *ejus*, B.

³ *in Gestis Regum*] A. D. E.; originally superius, but corrected over line in A. and E.; superius, B. C.

⁴ *dixi*] Viz. in lib. i. § 83 of the *Gesta Regum*.

⁵ *per capitula*] Interlined, A.

⁶ *fastidii venia*] A. D. E.; fascii venia et, B.; fascii venia, C.

⁷ *Dunno*] A. D. E.; Diuno, B.; Dyuno, C.

⁸ *Huuita*] A. D. E.; Huitta, B. C.

⁹ *Saxonum*] Added on margin of A. and E.; omitted, B. C.; Occidentalium Saxonum, D.

¹⁰ *Wicciorum*] A. D.; Wictiorum, B. C. E.

¹¹ *Sicga*] A. E. Above the line are added the words "vel Sighelin," A.; Siegga, B.; Singa, C.; Sighelm, D.

Cambridge University Press

978-1-108-04886-6 - De Gestis Pontificum Anglorum Libri Quinque

William of Malmesbury Edited by N. E. S. A. Hamilton

Excerpt

[More information](#)

10

WILLELMI MALMESBIRIENSIS MONACHI [LIB. I.

Archbishops of
Canterbury.Council of
Clofesho,
A.D. 747.

Dominice Incarnationis .DCC^o.XL^o.VII^o., indictione .xv^a., anno autem regni Edelbaldi, regis Mertiorum, qui tunc aderat cum suis principibus ac ducibus .XXX^{mo}. iii^{tio} Cum igitur ex diversis Britanniæ provintiis sacri ordinis præfati præsules, cum minoris ordinis dignitatibus convenissent, et recitata essent scripta in duabus cartis venerandi papæ Zachariæ, quibus Anglos ammonebat ut castigatius viverent, et contempnentes excommunicare minabatur: Primo capitulo decreverunt ut episcopi sollicitius amodo viverent, et sollicitius subditos ammonerent. Secundo, ut pacifco animo viverent, quavis locis discreti degerent. Tertio, ut omni anno parochias suas singuli circuirent. Quarto, ut quisque in sua diocesi abbates et monachos moneant regulariter vivere, et prælatos subjectos suos non opprimere sed diligere. Quinto, ut etiam monasteria quæ seculares homines pervaserant, nec tunc ab eis auferri poterant, docerent regulariter conversari. Sexto, ne aliquis ordinetur, nisi prius ejus vita examinetur. Septimo, ut per monasteria lectio sanctorum Scripturarum frequenteretur. Octavo, ut presbiteri non sint negotiorum secularium disponentes. Nono, ut ipsi presbiteri non accipiant pretium pro baptizandis¹ pueris. Decimo, ut Dominicam orationem et simbolum Anglice discant et doceant. Undecimo, ut omnes uno eodemque modo sua ministeria peragant. Duodecimo, ut modesta voce sacra in ecclesiis canant. Tertio .x^o., ut uno eodemque tempore ubique Dominicæ festivitates et sanctorum natalitia celebrentur. Quarto .x^o., ut honorabiliter observetur Dominicus dies. Quinto .x^o., ut septem canonicae horæ diebus singulis observentur. Sexto .x^o., ut Rogationum dies et minorum et majorum non omittantur. Septimo .x^o., ut festivitas sancti Gregorii et Augustini patris nostri observetur. Octavo .x^o., ut jejunia Quatuor Temporum observentur. Nono .x^o,

[f. 3, a.]

¹ *baptizandis*] *baptizandis*, A., by slip of the pen.